

te & totam familiam tuam conſervet. Sa-
lutat mea uxor tuam familiam. Baſileæ 10.
Septembris 1591. Valde gratum faceres, ſi
quid hiſtorici (c) perſcriberes.

EPISTOLA LXIII.

S Vir Clar. Memini te *δυτοματάς*, quum
Heidelbergæ eſſem, ad me mittere li-
brum in folio, quo continebantur Epistolæ
Lutheri & multorum aliorum nunquam
editæ: memini te addere, ſi delectarer le-
ctione, miſſurum te & alium tomum episto-
larum talium. Ut in mentem iſta venirent,
fecit editio epistolaram Oecolampadii &
multorum aliorum qui ad Rhenum & in vi-
cinia *εποθυμαδών* evangelizarunt, quam ad-
monitus a magno J. C. & Cancellario Ele-
ctorali ad finem perduxi: ita ut proditura
ſint exemplaria proximis nundinis, quorum
ſpes eſt præteritis facta. (a) Jam, Vir præſt.
ſi ad manum adhuc ſunt illi tomi Epistolæ-
rum MStarum, ſi etiam per Negelium aut
alium, cito ad me voles mittere, ſuccifiſis

L 2

horis,

(c) forte de favore quorundam in Calvinismum.

(a) de hac editione Epistolaram Oecolampadii vi-
deatur præfatio Celeb. Viri, laudes meas jam du-
dum ſupergreſſi J. F. Buddei, ad Epistolæ Lutheri.